


UNIVERSITÉ DE PARIS

FACULTÉ
DE
THÉOLOGIE
DE PARIS
THÈSES

BIBL.
DE
L'UNIVERSITÉ
M.S.
691

The image shows a book cover with a complex marbled pattern. The pattern consists of large, swirling, organic shapes in shades of deep red, blue, and tan, set against a cream-colored background. The swirls are reminiscent of traditional marbling techniques. In the center of the cover is a white oval label containing text.


BIBL.
DE
L'UNIVERSITÉ
MS.

691



Volume de 318 feuillets
(moins 33, 143, 220, 238, 239, 272, 301, 302)

20 Juin 1912.



1771

Abhandlung
der universellen Phonetik
von Johann Jakob
-

Dr. Johann Jakob

Prof. der Naturgeschichte
an der Universität zu Göttingen

Theses
ex theologia sacramentali

De Sacramentis in genere

I

Que sit
natura
sacramentorum

Sacramentum generatim sumptum
definitur: signum sensibile divinitus institutum,
ad significandam vel producendam gratiam.
Sacramentum nove legis, est signum sensi-
bile et permanent, a Christo institutum ad
gratiam producendam.

II

Septem sunt nove legis sacramenta.

III

Materia et forma.

Materia id est re sensibili, et forma
sive verbis, sacramenti essentia perficitur; et
ideo, per mutationem substantialem materia
vel forme, sacramentum redditur invalidum,
non vero per mutationem accidentalem.

IV

Verba forme non sunt jurè promissoria,
nec concionatoria sed verè consecratoria, et
gratie productiva

V

Quinam effectus

Per sacramenta nove legis gratia
confertur ex opere operato.

VI

Duo sacramenta (mortuorum) primam gratiam
Cetera vero (vivorum) secundam, saltem
ordinarie, ex primaria sui institutione conferuntur.

VII

Sacramenta nove legis præter gratiam
sanctificantem insuper et sacramentalem productionem

VIII

In tribus sacramentis Baptismi, Confirmationis
et Ordinis imprimatur in animã Charac-
ter et signum spiritale et indelebile.

IX

Quid de
Ministro.

Ad validitatem sacramenti requiritur
intentio virtualis faciendi quod facit ecclesia.
Talis intentio debet esse interna (probabilis,
et sufficienter determinata ad certam personam
et materiam.

X

Nec fides nec probitas requiritur in
ministro ad valorem sacramentorum; ad
licitatem vero ordinarie requiritur status
gratie.

XI

Pastores animarum tenentur ex iustitiã
sacramenta ministrare subditis rationabiliter
petentibus, alii pastores teneri possunt
aliquando ex caritate, omnes vero debent
indignis sacramenta denegare.

Quodnam
subiectum.

XII

Seculo scandalo, licitum est in casu
extremae necessitatis a quocumque ministro,
et in casu simplicis utilitatis a proprio
parrocho etiam peccatore sacramenta petere.
(salva caritate).

XIII

Requiritur in adultis intentio aliqua
et voluntas ad sacramentorum validam
susceptionem.

XIV

Ad cetera sacramenta valide suscipienda
praerigitur susceptio baptismi.

XV

Ad sacramenta vivorum licite recipienda
requiritur status gratiae; ad sacramenta mortuorum,
actus fidei, spei et attritionis saltem.

De Baptismo.

XVI

Quenam sit
materia baptismi

Baptismus (sive sacramentum) regenerationis
per lavacrum aquae in verbo vitae) est in
se vel in voto omnino necessarius ad salutem

XVII

Que materia

Baptismi materia necessaria et
sufficiens, est aqua vera et naturalis.

XVIII

Forma.

Forma baptismi sic est: Ego te baptizo
in nomine patris et filii et spiritus sancti,
Amen.

Quis minister. Quilibet homo viator et rationis compos
valide baptizare potest, sed solus sacerdos
jurisdictionem habens est ordinarius baptismi
minister.

Quod subjectum. Omnis homo viator nondum baptizatus
valide baptizari potest, sive sit adultus
sive parrulus.

De Confirmatione

Que illius forma. Confirmatio, seu unctio Chrysmatis,
sub prescripta verborum forma, qua confertur
augmentum gratiae et robur ad fidem
firmiter tenendam et profitendam, est verum
et proprie dictum novae legis sacramentum.

Que materia. Materia remota Confirmationis est
Chrysmum ex oleo olivarum et balsamo
confectum, et ab episcopo benedictum.
Materia proxima ^{adequata} est unctio Chrysmatis per
manuum impositionem.

Forma. Forma hic continetur verbis: Signo te signo
Crucis et confirmo te Chrysmate salutis, in
nomine patris etc.

Quis minister. Solus episcopus est minister ordinarius
Confirmationis, sacerdos vero minister extraordinarius,
ex Delegatione speciali summi Pontificis.

^{XXV}
Quod subjectum. Subjectum sacramenti confirmationis
est omnis et solus homo baptisatus, et
mundum confirmatus.

De Eucharistia
sicut est Sacramentum

^{XXVI}
Que natura. Definitur Eucharistia: Sacramentum
et sanguinis Christi, sub speciebus panis
et vini

^{XXVII}
In sacramento Eucharistie totus
Christus continetur permanenter sub utraque
specie, et quidem per transubstantiationem.

^{XXVIII}
Materia. Solus panis triticeus, et solum vinum
De vite sunt materia valida sacramenti
Eucharistie.

^{XXIX}
Materia Consecrationis Debet esse sacerdoti
moraliter prebens, et aliquo modo determinata

^{XXX}
Forma. Forma Eucharistie consistit in solis
Christi verbis: Hoc est corpus meum —
Hic est sanguis meus.

^{XXXI}
Quis minister. Solus et omnis sacerdos potest Eucharistiam
conficere. Soti sacerdotes sunt ministri ordinarii
Diaconi vero extraordinarii dispensationis
Eucharistie

6.
Quod Subjectum

XXXII

Solus homo baptizatus sacramentaliter
Eucharistiam recipere potest.

XXXIII

Sumptio Eucharistiae non est necessaria
necessitate mediæ, sed ex præcepto divino et
ecclesiastico. Nullo modo necessaria est
sub utraq[ue] specie pro fidelibus.

XXXIV

Ad recipiendum Eucharistiae Sacramentum
requiritur status gratia, saltem prudenter
existimatus. Requiritur ex parte Corporis
Ieiunium naturae et decetia.

De Eucharistia
sicut est sacrificium

XXXV

Quae sit
illius natura

In missa Deo offertur verum et
proprie dictum sacrificium.

XXXVI

Sacrificium missae essentialiter non
differt a sacrificio crucis. Differt vero accident-
aliter.

XXXVII

Essentia sacrificii probabiliter respondet est
in tota consecratione.

XXXVIII

Sacrificium missae est: 1^o laudanticum
2^o Eucharisticum; 3^o propitiatorium; 4^o myst.
trahitorium.

XXXIX.

Qui minister.

Requiritur sacerdotis applicatio, ut fructus specialis alicui obveniat, non vero ut percipiatur fructus specialissimus, generalis, et generalissimus.

XL

Omnes sacerdotes tenentur jure Divino, sub gravi, saltem sex aut quater in anno celebrare.

Pastores tenentur jure Divino, celebrare saltem quoties fideles tenentur missam audire.

XLI

Sacerdotes tenentur missam applicare ratione officii, studii vel promissionis.

XLII

Quodnam Subjectum.

Offeri potest sacrificium missae pro omnibus fidelibus, probabiliter pro excommunicatis toleratis, non vero pro vitandis et infidelibus (saltem nomine ecclesiae), et hereticis.

De Penitentia.

Quenam sit istius Sacramenti natura

Sacramentum ^{XLIII} penitentiae constans actibus penitentis, et absolutione sacerdotis, est vere et proprie, nove legis sacramentum.

XLIV

Sacramentum penitentiae est necessarium necessitate precepti in re, et necessitate mediæ in voto, saltem implicito

ad remittenda peccata mortalia post
baptismum commissa.

XLV.

Que materia

Materia remota sacramenti penitentiae
sunt omnia peccata post baptismum commissa.
Materia autem proxima sunt tres actus
penitentis, scilicet: Contritio, confessio et
satisfactio.

Que forma.

XLVI

Forma essentialis consistit in verbis:
Te absolvo (a peccatis tuis.)

XLVII

Absolutio sub conditione de presenti
vel de preterito, non solum potest, sed
etiam quandoque debet inseriri.

De actibus
penitentis

De Contritione

XLVIII

Contritio sive animi dolor et
detestatio de peccato commisso, cum proposito
non peccandi de cetero, est omnino neces-
saria ad remissionem peccati.

XLIX.

Quatuor numerantur partes necessari
requisite ad validitatem contritionis tam
perfecte quam imperfecte: ut sit interna
supernaturalis, summa (appretiative),
universalis.

L

Contritio perfecta hominem justificat
per se, cum voto confessionis, Attritio
sufficit ad obtinendam peccatorum veniam

278⁹
In sacramento penitentiae.

LI

De Confessione

Confessio seu accusatio peccatorum post baptismum commissorum, facta sacerdoti approbato, in ordine ad absolutionem est omnibus lapsis de jure Divino necessaria; et de jure ecclesiastico, omnibus fidelibus saltem semel in anno.

LII

Confessio praeterquam dolorosa essentialiter esse debet integra quoad species, numerum, et circumstantias speciem peccati mutantem.

LIII

Dantur aliquando cause ab integritate Confessionis excusantes scilicet: infirmitas extrema, defectus loquae vel temporis, periculum vite, fame, revelationis, scandali vel lapsus.

LIV

De Satisfactione

Tenetur confessarius sub gravi (saltem quoad mortalia) penitentiam imponere convenientem, et salutarium penitenti eam valenti persolvere.

LV

De ministro

Duo requiruntur ad potestatem ad equatam ministri penitentiae, scilicet: potestas ordinis, et potestas jurisdictionis

LVI

Solis Conyctis ecclesie prelati
negatio potestatis absolvendi à certis
peccatis: 1^o mortalibus, 2^o externis, 3^o opere
Consummatis.

LVII

Confessarius tenetur sub gravi scire
ea omnia (moraliter) que ad munus
suum ritè obsequium requiruntur; nec
non procurare pro posse suo integritatem
sacramenti.

LVIII

Absolutio concedi debet ex iustitia
et sub gravi omni penitenti ritè Confesso
et legitime disposito, aliquando differri
potest et debet ad tempus, sed omnino
neganda est penitentibus certò indispositis.

LIX

Ex omni et sola Confessione sacramentali
oritur strictissima obligatio servandi signi-
ficum confessionis, ita ut in nullo casu
possibili liceat revelare sive directi sive
indirecti quidquam in confessione auditum

279

De Extremâ. Unctione

L X

Que natura.

Extrema unctio olei benedicti cum oratione sacerdotis ad conferendam salutem anime, et etiam corporis, egroto vita periclitante, est verè et proprie nomen legis sacramentum.

L X I

Quinam effectus.

Effectus extreme-unctionis sunt:
1^o Gratia sanctificans cum gratia actualibus propriis, 2^o remissio peccatorum, 3^o Absterisio reliquiarum peccati, 4^o et ultimum restitutio sanitatis corporis.

L X II

Que materia

Materia remota est oleum ab episcopo benedictum; materia proxima, unctio quarundam partium corporis.

Forma

L X III

Forma extreme-unctionis sic est: Per istam sanctam unctionem, et tuam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus quicquid per N. deliquisti

L X IV

Quis minister.

Solus et omnis sacerdos potest valide illud sacramentum ministrare, licet vero solus pastor animarum aut sacerdos ex licentia pastoris.

Quod subiectum

LXV

Subiectum huius sacramenti sunt omnes et soli homines peccatores de vita periclitantes

De Ordine

LXVI

Que natura

Ordo, quo traditur spiritualis potestas et confertur gratia ad munia ecclesiastica Orbis obsecunda, est verum et proprium Novæ legis sacramentum.

LXVII

Systemi numerantur ordines scilicet: presbyteratus, diaconatus, subdiaconatus, acolythatus, exorcistatus, lectoratus et ostiariatus.

Materia et forma

LXVIII

Quoad subdiaconatum materia est traditio calicis vacui cum patena, necnon iuxta quosdam libri epistolarum. Forma autem sic est: videte cujus ministerium vobis traditur etc.

LXIX

Quoad diaconatum materia numeratur duplex. Inpositio scilicet dextere episcopi, et traditio libri evangeliorum. Forma etiam duplex: accipe spiritum santum etc. — accipe potestatem legendi Evangelium etc.

LXX

Quoad presbyteratum materia duplex
Impositio manuum, traditio calicis cum
vino et patena cum hostia. Forma
duplex utriusque adjecta materie

LXXI

Quis minister. Solum episcopus est ordinarius istius
sacramenti minister; tonsura vero et
quatuor minorum ordinum etiam duplex
sacerdos in delegatione summi Pontificis

LXXII

Quod subiectum. Subiectum ordinis est solus mas
baptizatus.

De Matrimonio

LXXIII

De Sponsalibus. Sponsalia seu promissio vera, deliber-
ata, mutua, et expressa futuri matrimonii
inter personas ^{habiles}, obligat sub gravi et iustitia

LXXIV

Iusta causa, mensura mutui consensus,
matrimonium inicum, impedimentum
superueniens, electio status perfectionis,

Grave crimen, mutatio notabilis status,
Sponsalia dissolvere possunt.

LXXXV

Datur obligatio sub gravi banna
proclamand., non ex necessitate sacramenti
sed ex precepto ecclesie

LXXXVI

De bannorum Proclamationes fieri debent tribus
proclamationibus. Quibus festis continuis, in ecclesia parochialis
nisi datur dispensatio bannorum ab
ordinario

LXXXVII

Datur omnibus vera obligatio in impedimento
matrimonii quia primum moraliter revelandi.

LXXXVIII

De natura Matrimonii Matrimonium est vere et proprie sacramentum
novae legis, gratiam conferens ad legitimam viri et mulieris conjunctionem
sanctificandam, et ad prolem pie instituendam.

LXXXIX

Requiritur ad matrimonii validitatem:
consensus mutuus de presenti, voluntarius,
manifestus signis externis.

LXXX

Certum est polyandriam pugnare
cum lege naturali et positiva, et polygamiam

287

simultaneam prohibet aut esse in omni casu,
saltem de jure positivo Divino legit nota
legis

LXXXI

Matrimonium est indissolubile quoad
vinculum, separatis a toro nisi
gravis de Causis fieri nequit

LXXXII

Q. Materia Materia iuxta matrimonii sunt
Corpora sponsorum; materia vero
proxima, traditio Corporum.

LXXXIII

Q. Forma Forma matrimonii consistit in mutua
acceptatione contractuum Verbis aut
signis expressa.

LXXXIV

Q. ministro Quidquid de ministro sacramenti,
certum est ad matrimonii valorem requiri
praesentiam parochi aut Delegati. Certum
est sacerdotem praesentem non posse
benedictionem nuptialem omittere.

LXXXV

Q. obiecto Subjectum sacramenti matrimonii est
omnis homo baptizatus nullo impedimento

Sive naturali, sive Divino, sive canonico
laborans

LXXXVI

D. impedimentis

Quatuor numerantur impedimenta
Matrimonii impedientia, nempe:

Ecclesie vetitum, tempus, sponsalia, votum

LXXXVII

Ecclia potestatem habet constituendi
Impedimenta Dirimentia

LXXXVIII

Impedimenta Dirimentia quindecim
numerantur his versibus expressa:

Error, conditio, votum, cognatio, Crimen,
Cultus disparitas vis, ordo, ligamen, honestas
Etas affinis si clandestinus et mixtus,
Mystice vel sibi mulier nec parti reddita tute

LXXXIX

Papa dispensare potest ab omnibus
impedimentis ecclesiasticis, valde in omni
Casu, sicet si de Justa causa. Ex concessione
Pape, episcopi gaudent facultate dispensandi
in impedimentis tertii et quarti gradus
consanguinitatis, affinitatis et publicae
honestatis.

XC

Ad validitatem Dispensationis
requiritur ut in gestione nulla sit
obreptio, vel subreptio cadens in causam
finalem

De revalidatione
Matrimonii

XC I

Matrimonium nullum ob defectum
Consensus revalidari potest per simplicem
consensus renovationem ab utraque parte
vel a sola quae non Consensit.

XC II

Matrimonium invalidum ratione
Clandestinitatis revalidandum est coram
paroco et duobus testibus, publice vel
occulte. Et si pars una absolute nolit,
ad Dispensationem in radice deveniri potest.

XC III

Ad revalidandum matrimonium
irritum ^{ob} impedimentum ecclesiasticum
obtentam Dispensatione, conjuges tenentur
Consensus renovare.

XC IV

Cum matrimonium irritum habuerit
speciem extrinsecam iusti matrimonii, potest
Summus Pontifex (et gravissima urgente
Causa, etiam episcopus & Legatus) dispensare
in radice

1837

XXI
The following is a list of the names of the persons who have been admitted to the office of Justice of the Peace for the year 1837.

XXII
The following is a list of the names of the persons who have been admitted to the office of Justice of the Peace for the year 1837.

XXIII
The following is a list of the names of the persons who have been admitted to the office of Justice of the Peace for the year 1837.

XXIV
The following is a list of the names of the persons who have been admitted to the office of Justice of the Peace for the year 1837.

XXV
The following is a list of the names of the persons who have been admitted to the office of Justice of the Peace for the year 1837.

2B3

11

1871

11

Obitus

De supremo Ecclesie magistratu ad catholicos fideles

in loco Cantuariensi

Scriptum

a magistro J. ...

à ...

